



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

CCCCLXXIII. Markgraf Johann von Brandenburg und die Herzogin Anna von
Breslau, des Markgrafen Mutter, schenken und verkaufen das Schloß
Schiedlow und die Stadt Fürstenberg mit mehreren Zubehörungen ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

sien mit den Feinden der Markgrafen eingegangen wurde, nicht an. Daß sie aber der oben mitgetheilten Urkunde vorausging, zeigt der darin documentirte Umstand, daß die von Alvensleben im März dieses Jahres schon wieder als Feinde des Dänischen Königs erscheinen, gegen welche der König sich mit dem Erzbischofe von Magdeburg verbrüdete. Auch erscheinen mehrere der benannten Personen schon im Laufe des Jahres 1316 wieder als vertraute Räthe des markgräflichen Hofes z. B. nach der hier folgenden Urkunde vom 23. October 1316.

CCCCLXXII. Die Gebrüder Gumpert von Alvensleben so wie Anno von Sydow geloben den Markgrafen von Brandenburg, Woldemar und Johann, für den Fall des Aussterbens der von Strele und der geschenehen Entrichtung von 2500 Mark Silber, ihnen Land, Stadt und Schloß Semftenberg zu resigniren, am 25. Mai 1316.

Nos Gumpertus et Gumpertus, fratres de affleue, et Anno de Sydow vniuersis presentes literas visuris seu auditoris volumus esse notum, Quod illustribus principibus dominis nostris reuerendis woldemaro et Johanni, de Brandenburg et Lusatie marchionibus, promissimus bona fide, si dilecti auunculi nostri domini friedericus et Thimo fratres et Bernhardus eorum fratruelis de Strele sine herede seu heredibus de medio hujus sublati fuerint, nature debitum persoluendo, quod absit, et si dicti principes nostri domini quemadmodum debuissent fecisse, dictis nostris auunculis a die sancti martini nunc instante ad annum stante tali termino nobis persoluerint et pagauerint duo milia marcarum et quingentas marcas argenti Brandenburgensis et ejusdem ponderis in ciuitate Berlin et talem pecuniam conduxerint super castrum Besekow vel super castrum vridelant, ubi ipsis assignandum, ex tunc bona nostra, videlicet castrum, opidum et territorium Semphenberg cum suis appenditiis resignare et reddere debemus, contradictione qualibet non obstante. In cuius rei euidentiam pleniorum nostra sigilla presentibus sunt appensa. Testes hujus rei sunt dominus Hermannus de Barbey, otto de Bergow, henningus de blankenburg, Henningus et Henricus de stegelitz, Theodricus de kirchow, Petzko de Luffow, Conradus de Rydere, et alii fide digni. Actum et datum in claustrum Gramzow, anno domini M^o. CCC^o. XVI^o. in die sancti vrbani.

Nach dem Copialbuche des Ges. Kab.-Archives I, C. 4. in quarto Bl. 68. Abgedruckt in Gercken's Cod. dipl. Brand. I, 280. 281.

CCCCLXXIII. Markgraf Johann von Brandenburg und die Herzogin Anna von Breslau, des Markgrafen Mutter, schenken und verkaufen das Schloß Schiedlow und die Stadt Fürstenberg mit mehreren Zubehörungen dem Kloster Neu-Zelle in der Niederlausitz, am 4. Juni 1316.

In nomine sanctae et indiuiduae Trinitatis amen. Johannes, Dei gratia Brandenburgensis et Lusatiae Marchio, omnibus in perpetuum. Cum humanae condicionis fragilitas morti obnoxia prona sit naturaliter ad occasum, ne mortalium acta cum ipsis pariter moriantur, necessarium est, ea testium idoneorum seu viuacium literarum sufficienti testimonio

perhennarij. Hinc est, quod ad omnium christi fidelium, tam praesentium quam futurorum noticiam in perpetuum volumus peruenire, Quod de consilio, consensu et auxilio Dominae Annae, Ducissae Wratiflauienses, dilectissimae matris nostrae, nec non nostrorum Confiliariorum ac prudentum, Vendidimus iusto et consueto venditionis contractu, Religiosis viris et in christo deuotis, Abbati et Conuentui Monasterii de Noua Cella Cisterciensis ordinis et Misnensis Diocesis, Castellum Schedellowe cum omnibus prouentibus et redditibus ad ipsum pertinentibus, cum omni Jure, commodo et vtilitate, et plane sicut nostrum erat, ad vtilitatem et profectum suum deinceps perpetualiter conuertendum, cum terminis suis et metis dispositis in hunc modum. Versus orientem inter Villam Sconenueldt et Castellum praedictum, ab ortu fontis sub quodam monte, qui fons per antiquum fossatum ibidem omnibus manifestum in Oderam deriuatur, deinceps inferius ipsam etiam Oderam, cum vtroque suo litore, ceterisque Stagnis ac riuis, paludibus, nemoribus, pascuis, pratis, agris, villis, desertis et exstructis, Specialiter autem prata, quae vocantur Lueme, et prata Tzementin cum pratis Frenkellini de Bogemstorph. Item villam Razlawestorph, cum sex mansis in Cuserin, et generaliter vniuersa pheodata et non pheodata, quae Castellano iurj, quod Borchlen dicitur, olim fuerunt vel adhuc sunt astricta, vsque ad terminos Caenobij memorati. Insuper vendidimus eisdem fratribus solemnitate consueta et modo praescripto Oppidum Furstenberg, cum omnibus Juribus, terminis et libertatibus ad ipsum pertinentibus, quibus a retroactis temporibus priuilegiatum est a Principibus et munitum, videlicet a fundo ipsius oppidi per ascensum Oderae, prata et nemora, vsque ad terminos monasterii antedicti, deinde usque ad villam Lawitz, et sic transcurrendo per montana, cum paludibus et merica, et octo mansis inter Dyelow et oppidum praedictum pertinentibus ad ipsum Oppidum cum omni iure ciuili vsque ad villam Schönenvlytd, deinde vsque ad stagnum Palitz, abhinc vsque ad villam Tzultendorp, de hinc vsque in riulum Byesteritz, et abhinc per ascensum eiusdem fluuij vsque in oderam, et sic vterius vsque ad oppidum supraedictum. Item Stagna hijs nominibus appellata, Palitz maior et minor, Treblyn maior et minor, Tzerwenzyk, Glambuk, Dolghe, Beelen, Duellse. Item vnam et dimidiam vnam mellis. Item duos mansos in Villa Dielow. Item villam Schönenvlytd cum terminis suis, agris, paludibus et iuribus vniuersis. Pro quibus Abbas et Conuentus dicti Monasterij Quingentas marcas Brandenburgensis argenti et ponderis nobis plenius persoluerunt, de quibus ipsos quitos et solutos dicimus per praesentes. Igitur vniuersa terminis praescriptis inclusa, tam ad Castellum Scedellow, quam ad Oppidum Furstenberg pertinentia, pheodata et non pheodata, in lignis, nemoribus, paludibus, aquis, aquarumque decursibus, excitis et redditibus, molendinis, piscaturis, vijs et inuijs, agris, cultis et incultis, cum iure patronatus Ecclesiarum, et cum omni iure aduocatae vel praecarie, seu quocumque alio nomine censeatur, sicut nos habuimus et possedimus, A cuiuslibet exactoris seu collectoris impetitione libera, damus et appropriamus fratribus dicti claustrj, quicumque pro tempore fuerint et — ad possidenda in perpetuum pacifice et quiete, ac praesentis priuilegij patrocinio confirmamus. Ne autem haec nostra tam magnifica donatio vllam patiat ab haeredibus nostris ac successoribus calumniam in posterum aut iacturam, praesentem paginam de-

super confectam et Sigillorum nostri videlicet ac Generosae Dominae Annae genitricis nostrae confirmatione munitam praelibatis fratribus tradidimus in robur et protestationem inuiolabilis et perpetuae firmitatis. Testes vero huius rei sunt Dominus Otto et Henricus fratres milites dicti de Scenkendorp, Buffo de Gruwelhut, Pyetzko de Loffow, Christianus de Gerharstorp, Henricus de Werbyn et plures alij fide digni. Actum et Datum in Rathennowe, Anno Domini Millesimo Trecentesimo Sextodecimo, Sexta feria infra octauam Penthecostes.

Nach einem Copialbuche des Klosters Neu-Zelle.

CCCCLXXIV. Erzbischof Burchard verspricht den Markgrafen von Brandenburg, Woldemar und Johann, daß diesen der Wiederkauf der dem Erzstifte verkauften Grafschaft Billingsho auf 2 Jahre freistehen soll, am 15. Juni 1316.

Illustribus Principibus Dominis Magnificis Woldemaro et Johanni, Brandenburgensibus et Lusacie Marchionibus, Borchardus, Dei gratia sancte Magdeburgensis Ecclesie Archiepiscopus, Salutem et desiderium ipsis in omnibus complacendi. Dominacioni vestre fideliter promittimus in hiis scriptis, quod comitiam in Billingsho nobis per vos venditam ac eciam plene donatam, preter villam Elboy cum suis attinentiis, si ipsam infra duos annos a festo beati Martini nunc proximo inchoandos reemere volueritis, pro tanta summa pecunie, quantam vobis dedimus et soluimus pro eadem, quod vobis eam restituemus et trademus qualibet difficultate seu contradiccione, remota, cum nobis de prefata summa pecunie primo fuerit satisfactum. Promittimus nichilominus, quod vasallorum et hominum libertates et iura in Comitibus predicta salua et integra, quantum in nobis est, conseruabimus, quemadmodum ipsis hactenus sunt seruata, nec castrum aut munitionem aliquam infra limites et terminos eiusdem Comitatus edificari seu erigi faciemus, sicut et id nec vos facturos in edificando municionem quamcunque in Comitibus predictis fideliter et spontanee confensistis. Sicut hec omnia in litera vestra (sic) patentibus, super negotio predicto confectis et nobis traditis, plenius continentur. Hoc adjecto quod prefatam pecuniam nobis in Ciuitate Magdeburgensi aut oppido nostro Haldesleue debeatis facere presentari. Et ut hec omnia cunctis temporibus illibata permaneant, prout est debitum et honestum, Nos Gheuehardus Dei Gratia Prepositus, Heydenricus Decanus, totumque Capitulum Ecclesie Magdeburgensis Et Nos Magistri Consulium ceterique consules Magdeburgenses bona fide per hec scripta promittimus, pro toto posse nostro nos curaturos et facturos pleno effectu, quod dominus noster Magdeburgensis Ecclesie Archiepiscopus omnia et singula predicta faciat et adimplebit ac inuiolabiliter obseruabit. In cuius rei testimonium nos Archiepiscopus, Prepositus, Decanus Totumque Capitulum Ecclesie supradicte, . . Consules ac . . Magistri Consulium supradicti Presentes litteras sigillis nostris appensis fecimus fideliter communiri. Testes huius rei sunt domini Otto de valkensten, Borchardus de Mansfelt, Conradus de Wernigerode Comites, Hermannus nobilis de Barboye,